dei induxit. Uerbum enim dei a caſu pre
ſeruat. iuxta illud ps. In corde meo ab-
ſcondi eloquia tua vt non peccē tibi. Ter
cium ſignū eſt magna firmitas quam ha
buit in tormentis. Sed oīa iſta tormēta
que ſuſtinuit xpo ſibi in gl'am ꝯmutauit.
Nam de percutiente maxillā accepit iuſtaꝫ
vltōem. incarceratus a rege recepit hono
rificā liberatōem. ſuper laminas aduſtus
accepit fontis emanatōem. in fornacē ꝓ-
iectus accepit roris refrigeratōem. lance
is pforatus accepit felicem coronatōem
¶ Tercio multū fructuꝫ attulit. qꝛ multos
ꝯuertit ⁊ ꝯuerſos nutriuit verbo. exēplo.
⁊ corꝑali ſubſidio. Uerbo quidē. qꝛ ſolli
cite predicauit. aſſimilando verbū dei col-
lirio emplaſtro potioni ⁊ cibo. ſicut in le-
genda patet. Nam quoſdā ad fidē illuīa
uit. iſtis apponebat collirium Quoſdā a
tumore ſuꝑbie frangebat. iſtis apponebat
emplaſtꝝ Quoſdam ad ꝯfeſſionem indu
cebat. iſtis dabat potionem. Quoſdam
enim timidos ꝯfortabat. iſtis dabat cibū
Secundo ꝯuertebat ⁊ nutriebat exemplo
Fuit etiam ſibi parcus. vnde etiaꝫ in nu
ptijs abſtinebat. Fuit pauperibꝫ pius qꝛ
eis omnia erogabat. Fuit deo fidelis ⁊ d
uotus. vnde dixit dñs abane nuncio re-
gis. Habeo ſeruū fidelem qui oīm labo-
rum mercedē apportat. Tercio nutriebat
tꝑali ſubſidio. qꝛ theſauꝝ de quo pallaci-
um facere debebat pauperibus erogabat.
In hoc ꝓuidit ſibi. regi ⁊ pauperibꝫ. Si
bi. qꝛ premium ⁊ laudeꝫ ꝓmeruit. Pſal.
Diſꝑſit dedit pauperibꝫ. Regi. qꝛ pala
cium in celo fabricauit. Pauperibꝫ quia
eos in ſua penuria iuuit. Pſal. Et adiu-
uit pauꝑem de inopia ⁊c̄.

¶ In vigilia natiuitatis dm̄i Ser. j.

Ubi venit pleni
tudo tempis miſit deus filiū ſu
um ſupple in mundum Gala. iiij. Circa
aduentum ſaluatoris in munduꝫ tria hic
determinant. Primum eſt tꝑis oportuni
tas cum dr. Ubi venit plenitudo tempis
Secundū eſt naſcentis ſublimitas cum
ſubditur. miſit deus filiū ſuum. Terciuꝫ
eſt loci ꝯgruitas quod notat in verbo ſub
intellecto ſcꝫ in mundū. Iſta tria per ordi
nem ſimiliter in lecta annunciatōe notant
que modo eſt lecta in kalendario. Anno ī
quit ceſaris auguſti. xlij. Ebdomada iux
ta danielem ꝓphetam. lxvj. Olimpiade
aūt centeſima nonageſima tercia. Ecce tē
poris oportunitas. Ihesus chriſtus fili⁹
dei. ecce naſcentis ſublimitas. In bethle
em naſcitur. ecce loci ꝯgruitas. ¶ Circa
primum notandum ꝙ ipſa tempis opor
tunitas determinat ſcd̄m morem Roma
noꝝ Grecoꝝ ⁊ Judeorum. Qd̄ enim di
citur. Anno ceſaris auguſti. xlij. eſt mos
romanoꝝ. Qd̄ ſequitur. ebdomada autē
⁊c̄ eſt mos iudeoꝝ. Quod ſubinfert O-
limpiade aūt centeſima eſt mos grecorū.
Ex hijs tribꝫ reſpondent iſta tria verba q̄
ſequunt. Ihesus xp̄s filius dei. Nā ihe-
ſus eſt hebreum. chriſtus eſt nomen gre-
cum. filius dei romanū. Apud romanos
autem erat imperialis potentia. Apud iu
deos ſacerdotiuꝫ ⁊ ꝓphetia. Apud grecos
vero ſapiā. Per iſtam ergo triplicem de-
terminatōnem datur intelligi ꝙ iſte puer
qui naſcitur eſt rex ⁊ imperator celi. ſicut
angelus teſtatur dicens Lu. j. Regnabit
in domo iacob ineternū ⁊c̄. Eſt ꝓpheta et
ſacerdos generis humani. ps. Tu es ſa-
cerdos ineternū ⁊c̄. Johan. vj. Hic eſt ve
re ꝓpheta ⁊c̄. Eſt ſapiā dei. j. Coꝛ. j. Qui
factus eſt nobis ſapiā a deo ⁊c̄. ¶ Circa
ſecundum ſcꝫ naſcentis ſublimitatem no
tandū ꝙ homo tria incommoda incurre-
rat. Erat enim inimicus deo. vulneratuſ
a peccato. ⁊ excluſus a regno. Cōtra iſta
tria ponunt tria in dicta annunciatione.
cum dicit Ihesus chriſtus filius dei. vn
de dicit bernar. Ecce dominus venit cum

ſalute. venit cum vnguentis. venit cum
gloria. Neqʒ enim ſine ſalute ihesus. nec
christus ſine vnctōne. neqʒ ſine gloria ve
nit filius dei. Quia igit᷑ homo inimicus
erat deo attulit nobis ſalutem. qd̄ notat᷑
in hoc qd̄ dicit᷑ ihesus. i. ſaluator. Ipſe eī
ſaluauit nos qui nos patri recōciliauit.
Ro. vi. Cum enim inimici eſſemus recō
ciliati ſumus deo ꝑ mortem filij eius. de
iſta recōciliatōne ſic dicit Auguſ. in libro
ꝯtra hereſes in ꝑſona christi. Cum eſſes
inimicus patri meo. recōciliaui te ꝑ me.
Cum inter ſiluas ⁊ montes errares que
ſiui te. hūeris meis portaui te. patri meo
reddidi te laboraui. ſudaui. caput meum
ſpinis oppoſui. manus meas clauis ob-
ieci. lancea latus meum aperui. tot non
dicam iniurijs ſed aſperitatibꝫ laceratus
ſum. ſanguinem meum fudi. animā meā
poſui vt ꝯiungerem mihi te. ⁊ tu diuide
ris a me. ¶ Secundum incōmodum eſt. qꝛ
homo erat vulneratus a peccato. Contra
hoc attulit vnctōnem qd̄ notat᷑ hic in hoc
ꝙ dicit᷑ christus. qui interpretat᷑ vnctus
Pſal. Unxit te deus tuus. De iſta autēʒ
vnctōe nobis effundit iuxta illud ꝓphete
Sicut vngentum in capite qd̄ deſcendit
in barbam ⁊c̄. Per caput intelligit᷑ xp̄s
qui ſine menſura vnctōne ſpūſſancti fuit
ꝑunctus Jo. iij. Non ad menſuram dat
deus ſpiritum ſcʒ christo. ꝑ barbam intel
ligunt᷑ prelati. qui debent eſſe viriles ad
vicia vlciſcenda. ꝑ veſtimentum intelli-
gunt᷑ ꝯtemplatiui. que ſunt ornamentuʒ
eccleſie. ꝑ oram veſtimenti intelliguntur
actiui qui ſunt terrenis dediti. Unguētū
ergo ſacre vnctōnis fluit in capite christi
ꝑ pleniſſimaʒ redemptōnem inde fluit in
barbaʒ. i. in prelatos vt ſint flexibiles ad
compaſſionem. iij. Re. xx. Reges iſrael
clementes ſunt. inde in veſtimentuʒ. i. in
ꝯtemplatiuos vt ſint odoriferi ꝑ deuoti
onem Can̄. iiij. Odor vnguentoꝝ tuorū
ſuꝑ omnia aromata. Inde in oram veſti-
menti. i. in actiuos vt ſint vnibiles ꝑ fra
ternam dilectōnem. Pſal. Ecce q̄ʒ bonū
⁊ q̄ʒ iocundum habitare fratres in vnuʒ.
¶ Tercium incōmodū eſt. qꝛ erat excluſus
a regno ideo attulit nobis gloriam. quod
notatur cum dicit᷑. filius di. Nam ſcd̄m
Bern̄. ad eugenium. christus triplici iure
regnum poſſidet. ſ. iure creatōnis. redem
ptionis ⁊ dono patris. Primū ius tota
liter nobis tribuit quia non creauit illud
ꝓpter ſe ſed ꝓpter nos. Math. xxv. cap̄.
Poſſidete paratum vobis regnum a cō-
ſtitutōne mundi. Secundū ius nobis tri
buit. qꝛ non eſt paſſus ꝓpter ſe ſed ꝓpter
nos. Iohā. xj. Mortuus erat pro gente
⁊ non tm̄ ꝑ gēte ⁊c̄. Tercium ius nobis
cōmunicat. Fecit enim nos fratres ſuos
⁊ non coheredes ſuos. Roman̄. viij. Si
autem filij ⁊ heredes. heredes quidē dei.
coheredes autem christi. ¶ Tercio ponit᷑
loci congruitas. cum dicit᷑ in lcta annun
tiatione In bethleem iude naſcit᷑. Circa
quod notandum. ꝙ ſcd̄m Bern̄. triplici
morbo laborabat genus humanū. ſcilicʒ
in natiuitate. vita ⁊ morte. Quia natiui
tas erat immunda. vita laborioſa. mors
periculoſa. Contra primum christus na-
ſcitur vt per ſuam natiuitatem mundam
noſtra immunda purgaret᷑ Job. xiiij. ca.
Quis poteſt facere mundū de immundo
ꝯceptum ſemine ⁊c̄. Leo papa. Redit in
honorem ſuum ab antiquis ꝯtagijs pur-
gata natura. mors morte deſtruit᷑. natiui
tas natiuitate repat᷑. qm̄ ſimul ⁊ redem-
ptio aufert ſeruituteʒ. ⁊ generatio mutat
originē. ⁊ fides iuſtificat pctōrē. Contra
ſecundū naſcit᷑ in bethleeʒ que interp̄tat᷑
domus panis. Quia eniʒ vita laborioſa
erat. iō homo ſepe deficiebat. Sed natus
ē panis qui hominē ꝯfortat Jo. vi. Ego
ſum panis viuus. ꝑs. Panis cor hoīs
ꝯfirmat. Cōtra terciū natus ē in bethleē
iude que interp̄tat᷑ ꝯfitens. quia eī mors
ꝑiculoſa erat iō hō deū laudare n̄ poterat

Pſal. Non mortui laudabūt te dñe. ſed
per xp̄i natiuitatem erat viuificandus. ⁊
ſi ad laudandum dignus futurus vt poſ
ſit dicere cum ꝓpheta. Nos qui viuimus
benedicimus domino

De eadem Sermo. ij.

Audierūt ꝙ viſitaſſet dñs filios
iſrl̄. ⁊ ꝙ reſpexiſſet afflictōem eo
rum. ⁊ ꝓni adorauerūt. Exo. iiij.
In verbis premiſſis tria notant̄. Primū
eſt noſtra deuota auditio cum dr̄. Audie-
runt ⁊c. Iſta auditio eſt quā mō legi au-
diuimus. Iheſus xp̄s filius dei in beth-
leem iude naſcit̄. natus eſt eñ vt saluarz
perditos. ideo venit iheſus portans ſalu-
tem. Pſal. Deus aūt rex noſter ante ſe-
cula operatus eſt ſalutē in medio terre. i. in
humana carne. caro eñ xp̄i non dr̄ terra
ſed mediū terre. Natura quidē noſtra ha
buit duplicem extremitatē. vnā qua fuit
ſub innocentia. aliā qua mō eſt ſub miſe-
ria. xp̄s ergo aſſumpſit naturā noſtrā cuꝫ
innocentia. ⁊ quantum ad hoc ꝑticipauit
cū prima extremitate ⁊ aſſumpſit cū miſe
ria. i. cum penalitate. ⁊ q̄ntum ad hoc pti-
cipauit cū ſecunda. Scdo natus eſt vt ſa
naret egrotos. ⁊ ideo vocat̄ xp̄s portans
vnguenta. Fiunt eñ vnguenta ex ſpecie-
bus aromaticis ⁊ herbis virtuoſis aliquo
liquore infuſo. Spēs aromatica eſt diui
nitas precioſa. ⁊ herba virtuoſa ē eius ca
ro incorrupta. q2 ſicut dr̄ Iſa. xl. Omis ca
ro fenū. Liquor infuſus eſt eius ſanguis
precioſus. Ex hijs trib9 ꝯfectum eſt vng
uentū qd̄ omnem ſanat egrotū. Eccl. xxx
viij. Vnguentarius ꝯficiet vnguenta ſa-
nitatis. Tercio natus eſt vt reduceret exu
les ⁊ ꝑegrinos. ⁊ ideo venit filius dei por
tans ſecum regnum Iſaie. ix. Factus eſt
principatus ſuꝑ humerū eius Iſte prin
cipatus eſt dignitas regalis quam porta
uit vt nos reges faceret. vel eſt onus pec
catoꝝ qd̄ portauit vt nos alleuiaret Iſa.
liij. Vere languores noſtros ipē tulit. vel
eſt crux quam ipē ſuis humeris portauit.
vt nos tanq̄ ad vexillum colligeret Iſa.
xj. Leuabit dñs ſignum ⁊ in nationes ⁊c.

Secundo ponit̄ dei viſceroſa ꝯpaſſio cū
dicitur. Et reſpexit ꝯpaſſionem eoꝝ. Cir
ca quod notandū ꝙ ſicut dicit beda. hoi
ex peccato quatuor fuerunt inflicta. ſcꝫ ig
norantia. ꝯcupiſcentia. impotentia. ⁊ ma
licia. Sed deus oculo ꝯpaſſionis reſpici
ens ꝯtra iſta quatuor incommoda. miſit
quatuor remedia. de quib9 dicitur. j. Co
rinth. xj. Qui factus eſt nobis a deo ſapi
entia. iuſticia. ſanctificatio ⁊ redemptio.

Primum igitur incommodū erat ignorā
tia. quia ꝑ viam ſalutis incedere neſcie-
bat. Pſal. Viam ciuitatis habitaculi nō
inuenerunt. ideo indigebat doctore. ideo
deus factus eſt ſapientia docens nos du
plicem viam. vnam amplectandam. ⁊ a
liam fugiendā. Math. vij. Lata porta
⁊ ſpacioſa via que ducit ad perditionem

Secundū incommodū erat impotentia.
q2 nullum bonū facere poterat per qd̄ iu-
ſtificari poſſet. quia ſicut dicit̄ Iſa. lxiiij.
Omnes iuſticie noſtre quaſi pannus mē
ſtruate. ideo indigebat iuſtificatione pro-
pter hoc factus eſt nobis iuſticia Roma.
v. Iuſtificati ergo ex fide paceꝫ habeam9
ad deum per iheſum xp̄m. Terciū incom
modū erat malicia. habebat enim volūta-
tem in malo obſtinatā. ⁊ a dyabolo liga-
tam. ideo indigebat redemptōe. Et prop
ter hoc factus eſt nobis redemptio. ps.
Redimet in pace aīam meam ab hijs
qui appropinquant mihi. qm̄ inter mul
tos erat mecū. Et dicit̄ inter multos. qm̄
multi demones ꝯuenīunt ad faciendum
iſtam cathenam. vnus ponit ſuggeſtionē
alius ducit ad delectatōem. alius ad con
ſenſum. alius ad opus. alius ad ꝯſuetu
dinem. ⁊ ideo dicit mecum. q2 homo ſepe
iuuat dyabolum. Quartuꝫ incommodū
eſt ꝯcupiā. homo enim erat totus morbo
infectus. ⁊ mala ꝯcupiā inflammatus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ideo indigebat ſanctificatōne. Et ꝓpter
hoc factus eſt nobis ſanctificatio Ephe.
quinto. Ut exhiberet ſibi glorioſam eccle
ſiam non habentem maculam neqȝ rugā
Non enim debemus habere maculam in
cogitatōne. nec rugā in opere. nec aliquid
huiuſmodi in ſermone. ſed debemus eſſe
glorioſi. ſcilicȝ in cogitatōne. in ſermone ⁊
ope. Tercio ponitur humilis ⁊ ꝓfunda
oratio. cum dicit̄ Et proni adorauerunt
Sic ⁊ modo adorauimus. qḋ fit triplici
de cauſa. Primo vt chriſtum natum ho-
norifice ſuſcipiamus. Ipſe em̄ nos adeo
honorauit. qꝛ fecit nos ſibi ſimiles ⁊ hoc
in creatione. fecit nos fratres ⁊ hoc in re-
demptione. faciet coheredes ⁊ hoc in glo
rificatōne. Et ideo merito debemus ipm̄
honorare. qui tam multiplicit nos ho-
norauit. Scḋo vt ſibi gratias referamus
Modus referendi gratias aliquando fit
ꝑ ſolam vocis expreſſionem. aliquādo ꝑ
manuū eleuatōnem. aliquando per genu
flectionem. aliquando ꝑ totam corporis
proſtratōnem ſicut modo fecimus. Hoc
ſignificatum eſt Geñ. xvij. vbi abraham
audita natiuitate futura yſaac. cecidit in
faciem ſuam ⁊ adorauit gratias ſcȝ refe-
rendo. Tercio vt nos mortales recogno
ſcamus ac ſi quilibet dicat. ideo in terraȝ
me ꝓſterno quia mortalem me eſſe cog-
noſco. Geñ. iij. Puluis es ⁊ in puluerē
reuerteris. id eſt ſcḋm Augu. Puluis es
animatus cum non eras. ⁊ in puluerem
reuerteris inanimatus qḋ eras.

De eodem Sermo. iij.

CRas egrediemini ⁊ dñs erit vo
biſcum Ioſaphat ergo ⁊ iudas
⁊ omnes habitatores iheruſalē
ꝓni ceciderunt in terram coram domino
⁊ adorauerunt. ij. Parali. xx. In verbis
premiſſis tria tangunt̄. Primo ponitur
noſtra criſto cras deo venienti deuota ob-
uiatio. cū dicit̄ Cras egrediemini. Egre
diemur quidē cras ſupra nos. intra nos
⁊ extra nos. Supra nos egredimur ali-
quando ꝑ exceſſum ratōnis Actuum. xi.
Uidi in exceſſu mentis mee viſionem ⁊c̄
Aliquādo ꝑ ſublimitatem ꝯtemplatōis
Iob. xxxv. Suſpice celum ⁊ intuere eth
ra ꝙ altior te ſit. Primo ergo cras egre-
diemini ſupra vos ꝑ exceſſum rōnis. qꝛ
illud miſterium dñice natiuitatis excedit
noſtrā rōnem. immo etiam angelicū intel
lectum. vñ Iohānes ait. Cuius nō ſum
dignus vt ſoluam corrigiam calciamēti
In incarnatōne quippe vt dicit Grego.
venit ad nos diuitas calciata Calciamē
tum aūt mediante corrigia pedi adiūgit̄.
Calciamentū igit̄ eſt caro xp̄i. corrigia ē
eius aīa. qua mediante diuitas coniuncta
eſt carni. In hoc ꝙ dixit ſe non ſufficere
cognoſcere medium. i. animam. dat intel
ligere ꝙ nō erat ſufficiens cognoſcere a-
liqo extremoꝝ. ſ. nec diuinitatem eternā.
nec carnem de virgine genitam. Secūdo
egrediemur ſupra nos per ſublimitatem
ꝯtemplatōnis. qꝛ ꝯtemplatōni tante di-
gnitatis vacare debemus. Eccī. ij. Trāſi
ui ad ꝯtemplandum ſapientiam. Canti.
iij. Egredimini filie ſyō ⁊ videte regē ſa-
lomonem in dyademate ⁊c̄. Et vocat̄ ca
ro criſti dyadema. qꝛ fuit nobis cauſa vi
ctorie ⁊ corone. Uel dicitur dyadema. qꝛ
ex omni parte fuit clauſa. nec alicui vicio
vel temptatiōi iniqua fuit apta. vel dicit̄
dyadema qꝛ ſola figura circularis vna li
nea claudit̄. Caro aliorum facta fuit du
abus lineis. i. ex cōmixtōne vtriuſqȝ pa-
rentis. Caro autem chriſti vna tm̄ linea
fuit figurata. qꝛ tm̄ ex carne virginis fuit
formata. Secundo cras egrediemur vel
potius ingrediemur intra nos. Et iſte in
greſſus aliquando habet fieri ꝑ internam
meditatōnem. Geñ. viceſimoquarto. dr
de yſaac ꝙ egreſſus fuit in agrum ad me
ditandum. Aliquādo ꝑ ſuauem deuotōn
Iudicū. xiiij. De forti egreſſa ē dulcedo.

Sic ꝛ nos cras debemus egredi ꝑ inter/
nam meditatõem. qꝛ tantũ beneficiũ ſem
ꝑ meditari debemus. Prouer. xv. Mẽs
iuſti meditabitur ſapiam. Deuteroñ. vj.
Meditaberis ſedens in domo tua ꝛ am/
bulans ꝛ dormiens atqꝫ ꝯſurgens. Et po
nit ibi triplex ſitus corpis. ſ. ſtare. ſedere.
ꝛ iacere. In ſtando totũ corpus laborat.
per qđ intelligit̃ labor actionis. In iacẽ
do totũ corpus quieſcit per qđ intelligit̃
quies ꝯtemplationis. In ſedẽdo partim
quieſcit ꝛ ꝑtim laborat. per qđ intelligit̃
vita ꝯpoſita ex vtraqꝫ. Vult ergo dicere
ꝙ iſtud beneficiũ meditari debent actiui ꝛ
ꝯtemplatiui ꝛ ꝑfecti. Debemus etiã egre
di ſiue ingredi per ſuauem deuotõnem in
tra nos. Unde cantat eccĩa. Hodie per to
tum mundũ facti ſunt mellifluí celi. ꝛ di
cit celi pluraliter. qꝛ factũ eſt mellifluũ ce
lum materiale qñ ſtellam magnã deſtina
uit. celum ſpũale. i. virgo beata q̃ dulcedi
nem ꝑadiſi ꝑtulit. Eccĩ. xj. Breuis in vo
latilibꝫ eſt apis ꝛc̃. Celũ rõnale. i. magi
ꝛ paſtores qui tãta ſunt dulcedine affec
ti ꝙ illi ſua regna ꝛ iſti ſuos greges reli/
querunt. Celũ intellectuale. i. angeli qui
tanta ſuauitate ſunt repleti ꝙ celũ reliq̃/
runt. ꝛ ad pueri cunabula cucurrerũt. Ce
lum ſupſtantiale ſeu diuinũ. qđ deificuꝫ
ꝯmuniter appellat̃. i. deus pẽ. qui hodie
ſuam dulcedinem ad nos miſit. ps. De
dit eis manna ad manducandũ. ¶ Tercõ
egrediemur cras extra nos. Et iſte egreſ/
ſus aliqñ habet fieri per extaſim amoris.
Dyoni. Eſt aũt extaſim faciens diuinus
amor nõ dimittens ſuipſoꝝ eſſe amato/
res ſed amandoꝝ. Aliqñ per actõem gra
tiaꝝ ꝛ laudis. j. Thi. ij. Leuantes puras
manus ꝛc̃. Iſto aũt duplici mõ cras ex/
tra nos egredi debemus viꝫ per extaſim a
moris. Amor eñ ſicut dicit dyoniſ. facit
extaſim in deo. qꝛ nobis dignat̃ ꝓuidere
In angelo qꝛ nobis dignatur miniſtrare
In hoĩe imꝑfecto qui ꝑ amorẽ aĩe videt̃

deficere. ſicut pꝫ in paulo qui dicit Viuo
ego iã non ego ꝛc̃. Sic ꝛ hodie ꝑ amoreꝫ
egreſſus eſt deus extra ſe ꝓpter nimiã hu
miliatõem. Item angelus ꝓpter noſtram
exaltatõem. ꝛ virgo beata ꝓpter noſtrã in/
auditã ꝑturitõem. Debemus etiã egredi
extra nos ꝑ grãrum actõem ꝛ laudis. qđ
ſignificatũ eſt Exod. xv. vbi dꝛ ꝙ maria
ſumpſit timpanũ ꝛ precinebat. d. Cante
mus dño ꝛc̃. Tympanũ fit de corio in li
gno extenſo ꝛ virga ꝑcuſſo. Per corium
intelligit̃ xp̃i corpus qđ fuit album in na
tiuitate. rubicundum in cruce. ꝛ nigrum
in morte. ꝛ fuit extenſum in ligno crucis.
Pſal. Extendiſti celum ſicut pellem. Et
fuit percuſſum diſciplina patris Iſa. liij.
Propter ſcelus populi mei ꝑcuſſi eum.
Ex iſta ꝑcuſſione reſonabat tinnitus pie
ꝯqueſtionis in auribꝫ patris. amoris in
auribꝫ matris. doloris in auribꝫ humani
generis Treno. j. O vos omnes qui trã/
ſitis ꝛc̃. ꝛ caritatis in auribꝫ hoſtis quã
do dicebat. Pater ignoſce illis. ¶ Secun
do ponit̃ preſentie chriſti corpalis exhibi
tio cum dꝛ. Et dñs erit vobiſcũ. Dñs im
portat ꝑtãtem. honorem ꝛ timorem. Hoc
aũt qđ dicit vobiſcum econtrario impor/
tat equalitatẽ. humilitatem ꝛ amicabilẽ
amorem. Eſt ergo ſenſus. Ille qui erat
dominus per ꝑtãtem cras erit vobiſcũ ꝑ
nature equalitatem. Hebre. ij. Nõ ꝯfun/
ditur eos vocare frẽs ꝛc̃. Ille qui erat do
minus ꝑ honorem ꝛ reuerentiã cras erit
vobiſcũ per humilem ꝑñtiam Philip. ij.
Exinaniuit ſemetipſum ꝛc̃. Ille qui erat
dñs per timorẽ cras erit vobiſcum per a/
micabilem amorem. Aug⁹. Ama amorẽ
illius qui amore tui amoris deſcendit in
vtex virginis. ꝛ ibi amorem ſuum amori
tuo copulauit. humiliando ſe. ſubleuãdo
te. ꝯiungendo naturam ſue eternitatis li
mo tue mortalitatis. ¶ Tercio ponit̃ nr̃a
ꝓfunda humiliatio cum dicit̃ Ceciderũt
ꝓni in terram coram dño ꝛ adorauerunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eſt aūt adoratio recognoſcere in deo ple
nam dñatōnem. Et iſta recognitio habet
fieri corde. oꝛe. coꝛpoꝛe ꝛ munere. Coꝛde
quatuoꝛ modis. ſ. fide vt in eū credamꝰ
tanq̄ȝ in ſumme veꝝ. amoꝛe vt ipſum di/
ligamus tanq̄ȝ ſumme bonuȝ. timoꝛe vt
ipſum metuamus tanq̄ȝ oīpotentem. ſpe
vt in ipſum ſperemus tanq̄ȝ miſericoꝛdē
Iſte aūt ſunt quatuoꝛ ſpecies aromatice
que ponunť in tymiamate. primā tamen
ſpeciem nō hn̄t heretici ſiue homies vani
qui plus credūt fabulis q̄ȝ verbis diuis
Secūdā non hn̄t auari qui plus diligūt
nūmū q̄ȝ deū. terciā nō hn̄t preſumptuoſi
quartā nō hn̄t deſperati. Habet etiā fieri
hec recognitio oꝛe. vt ſcȝ ipſum laudemꝰ
benedicemus ꝛ adoꝛemus. Hȝ etiā fieri
coꝛpe ſcȝ inclinatōne. genuflectōne ꝛ pro
ſtratōne. Hȝ fieri munere vt. ſ. in ſignum
diuitatis atq̄ȝ dominij oblationes ꝛ pri/
micias ſibi demus.

De eodem Sermo. iiij.

Hec dies boni nūcij eſt. ſi tacueri
mus ꝛ noluerimus nūciare vſq̄ȝ
mane ſceleris arguemī. iiij. Re.
vij. Ex his verbis habeť q̄ꝑ hec dies ſit
gratioſa. qꝛ eſt dies boni nūcij. ꝛ eſt gau/
dioſa. quia nō debemus a laude tacere.

Circa primū notandum q̄ꝑ eſt duplex
annūciatio. ſ. ſerpentis ꝛ angeli celeſtis.
de prima dꝛ Gen̄. iij. Cur precepit vobis
deus ꝛc̄. De ſcd̄a dꝛ Luc. ij. Ecce euāge/
liſo vobis gaudiū ꝛc̄. In prima quatuoꝛ
fuerunt. ſ. dubietas ex p̄te mulieris cum
dixit. Ne foꝛte moꝛiamur. falſitas ex p̄te
ſerpentis. fatuitas ex p̄te homīs. ꝛ ſeueri
tas ex parte dei penam irogātis. Et iſta
quatuoꝛ fecerunt illam diem eē diē mali
nūcij. Et q̄ȝuis illa quatuoꝛ tunc incho a
uerunt tn̄ totuȝ genus hūanū poſtmodū
occupauerunt. ſ. dubietas in ſperandis.
falſitas in credendis. fatuitas in diligē/
dis. ꝛ ſeueritas in penis irogādis. Se/
cunda eſt annūciatio angeli celeſtis. In
qua quatuoꝛ ponunť. ſ. q̄ꝑ natus ē nobis
ſaluatoꝛ. natus eſt xp̄s. natus ē dn̄s. na/
tus eſt panis. qꝛ ī bethleē iuda. Ita q̄ꝑ ſal
uatoꝛ attulit eternam ſalutem. Chriſtus
vnctōnem. dn̄s legiſlatōnē. ꝛ panis ſua/
uiſſimā refectōȝ Et iſta quatuoꝛ remedia
ſunt ꝯtra quatuoꝛ incōmoda ſupradicta
ꝑpter que hec dies eſt boni nūcij. Primo
igiť in humano genere erat dubietas in
ſperandis. Cōtra hoc venit nobis ſalua/
toꝛ poꝛtans eternā ſalutē Iſa. xxv. Vrbs
foꝛtitudinis noſtre ſyon ſaluatoꝛ ponetur
in ea murus ꝛ antemurale Multuȝ ergo
ſperare debemus qꝛ ſaluatoꝛ factus ē foꝛ
titudo noſtra ex eo q̄ꝑ nos defendit. Mu
rus igneꝰ noſter videť qꝛ hoſtes ꝯſumit.
Zach. ij. Ego ero murus in circuitu igneꝰ.
Et antemurale noſtꝝ. qꝛ ictus paſſionis
ꝓ nobis ſuſtinuit. Scd̄o erat ſeueritas ī
penis irogandis. Cōtra illud venit xp̄s
afferens vnctōnem. Pſal. Vnxit te deus
deus tuus oleo leticie ꝑ̄ ꝯſoꝛtibꝫ tuis.
Olim deus erat durus. ſed mō ē vnctus
ꝛ factus eſt māſuetus. iō dꝛ. Vnxit te de
us tuus. Erat iratus ſed hodie factus ē
letus ꝛ recōciliatus. iō ſubdiť. Oleo le/
ticie Erat auarus qꝛ vix volebat modicū
gratie ſue elargiri ſed hodie factus eſt lar
gus. iō ſubdiť Pre ꝯſoꝛtibꝫ tuis. ꝛ ideo
de plenitudine eius non oēs accepimus.
Tanta eſt modo abundantia vnguentoꝝ
q̄ꝑ ea que erant dura facta ſunt mollia.
Quatuoꝛ quidem olim erant dura ꝛ in/
flexibilia. ſcilicet celum vt aliquem reci/
peret angelꝰ vt ſcȝ hominē diligeret. deus
vt hominē recōciliaret. ꝛ moꝛs vt omēs
abſoꝛberet. Sȝ iſta ſunt vncta ꝛ facta ſūt
flexibilia. Pſal. Inclinauit celos ꝛ deſ/
cendit ꝛ caligo ſub pedibus eius. Factū
eſt enim flexibile celum materiale vt ho/
mines ſuſcipiat. Intellectuale. id eſt an/
gelus vt homines diligat. Ipſe deus de/
ſcendit ꝛ hoīes reconciliauit. Caligo ſub
pedibꝫ eius fuit. qꝛ moꝛteȝ ſuppeditauit.

¶Tercio erat falſitas in credendis. Contra hoc venit dñs afferens nouã legiſlatõnem. Iſa. xxxiij. Dominus iudex noſter dñs legifer noſter. dominus rex noſter ipſe ſaluabit nos. Scdm aũt dyoniſiũ ad pfectum dominiũ tria requirunt᷑ .ſ. preeminentia. ptinentia. pmanentia. Sed deus non videbat᷑ dominari in mundo. nec qntum ad preeminentiã. Iſa. lxvj. Facti ſumus quaſi in principio cũ non dñareris noſtri. nec quantũ ad ptinentiã. Eiuſdem. xxvj. Dñe deus noſter poſſederunt nos domini abſq; te. nec qntum ad pmanentiam. q2 videbat᷑ a dominio cecidiſſe. Iſa. xix. Tradã egiptum in manus dñorum crudeliũ. Sed hodie ipſum dñium recupauit. Luce. j. Hic erit magnus ꝛ filius altiſſimi vocabit᷑ Ecce preeminentia Et dabit dñs illi ſedem dauid pris eius ꝛc. ecce ptinentia. Et regni eius nõ erit finis. ecce pmanentia ¶Quarto erat fatuitas ꝛ inſipiditas in intelligendis. Cõtra hoc venit panis totius ſuauitatis Sap. xvj. Panem de celo preſtitiſti illis omne delectamentũ in ſe habentẽ ꝛc. Unde cantat eccleſia. ꝛ eſt ſumptũ de Iohele ꝛ Amos. In illa die ſtillabunt montes dulcedinem ꝛ colles fluent lac ꝛ mel. Per lac intelligit᷑ chriſti humanitas p mel diuinitas. p dulcedinem totus xp̃s qui totus erat dulcis ꝛ ſuauis. Quidã aũt delectãtur circa ea que ſpectant ad humanitatẽ. iſti fluunt lac Quidã circa ea que ſpectãt ad eius diuinitatẽ. iſti fluunt mel. Quidam circa totum xp̃m. iſti fluunt ꝛ diſtillant dulcedinẽ ¶Scd̃o hec dies eſt gaudioſa. ideo dr̃. Si tacuerimus. Non enĩ debemus tacere corde ſed annũciare ore. Corde quidẽ non debemus tacere. ſ3 magnã exultatõem habere Ephe. v. Cantãtes ꝛ pſallentes in cordibꝫ veſtris. Phil. iiij. Gaudete in dño ſp ꝛc. Iſtud enĩ gaudium debet eſſe magnũ qntum ad inpmixtionẽ. ideo dr̃ Gaudete in dño. qntum ad ppetuatõnem. ideo dr̃ ſp. qntum ad intentõem. ideo dr̃ Iterũ gaudete. qntum ad oñſionem. ideo dr̃ Modeſtia veſtra nota ſit. qntum ad extenſionem. ideo dr̃ Omnibꝫ hoĩbus. Debemus etiã annunciare ore. verbo ꝛ ſigno. Uerbo. pſal. In pſalterio decacordo pſallã tibi. Per pſalteriũ decacordũ intelligimus xp̃m incarnatum In quo fuerunt quinq; corde .i. vulnera quĩq; oñdentes ſuam humanitatẽ. ꝛ quinq; oñdentes ſuam maieſtatẽ .ſ. natiuitas ſupernaturalis. gloria reſurrectionis. maieſtas aſcenſionis. miſſio ſpũſſancti. ꝛ iudiciaria ptãs. Debemus etiã laudare ſigno .i. corporis pſtratione vt xp̃o vicẽ rependamus qui totaliter ſe pſtrauit. ꝛ nihil ſibi de ſe retinuit. nec ppriũ amorẽ Roñ. xv Etenĩ xp̃s ſibi nõ cplacuit ꝛc Nec ppriũ ſenſum Iohan. vij. Mea doctrina non ẽ mea Nec ppriam voluntatẽ retinuit Luc. xxij. Non mea ſed tua voluntas fiat Nec ppriam opatõem Io. viij. A meipſo facio nihil. ſed nec ppriam ſed cõem puerſationẽ Baruch. iij. Poſt hoc in terra viſus eſt ꝛc Uade ğ ꝛ tu fac ſilr̃ vt õ te nihil retineas. nec amorẽ Iohã. xij. Qui amat aĩam ſuam ꝛc Nec ppriũ ſenſum Ro. x. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos Nec voluntatem Math. xvj. Si qs vult venire poſt me abneget ſemetipſum ꝛc Nec ppriam opationem Galath. vj. Operemur bonum ad oẽs Nec ppriã puerſatõem. j. Pe. ij. Conuerſatõem veſtrã inter gentes habentes bonã

¶De eadem Sermo. v.

Oportet ſolem preuenire ad benedictionem Sapien. xvj. Ortum veri ſolis craſtino celebrandum hodie dupliciter preuenimus ſcilic; in choro ꝛ in capitulo ¶In choro autem tripliciter. Prima preuentio eſt. quia hec feſtiuitas natiuitatis dominice hodie in laudibus inchoatur. quod eſt inſolitum ꝛ ſingulare. Et hoc triplici de cauſa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Prima eſt qꝛ hec feſtiuitas incepit a laudibꝫ tam angeloꝝ qui dixerũt Gloria in altiſſimis deo. ꝙꝫ paſtoꝝ. de quibꝫ dicit᷑. Reuerſi ſunt paſtores laudantes ⁊ glorificantes deum ⁊c̃. Scd̃a eſt qꝛ oẽs creature ipſam laudant. vñ ꝓpheta inducit oẽs creaturas ad laudandũ xpi aduẽtũ dicẽs. Letent᷑ celi ⁊ exultet terra ⁊c̃. Tercia rõ eſt qꝛ in ea eſt materia ⁊ rõ oĩs laudis. Omnes eñ qui cantica laudis ediderunt. aut ediderũt ꝓpter immẽſuꝫ gaudium vt illud. j. Regũ. ij. Exultauit cor meum in dño. aut ꝓpter completũ deſiderium vt illud Luc. ij. Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe. Aut ꝓpter receptũ beneficiũ. vt illud Exo. xv. Cantemus dño glioſe ⁊c̃. Et ſicut fuit canticuꝫ zacharie ⁊ beate marie. recte igit᷑ hec feſtiuitas a laudibꝫ inchoatur Quia hodie venit noſtruꝫ gaudiuꝫ Iſa. xxij. Gaudete ⁊ laudate ſimul deſerta iherusalem ⁊c̃ Noſtrũ deſiderium Aggei. ij. Veniet deſideratus cũctis gentibꝫ. Et noſtꝝ beneficiũ nobis datũ Iſa. ix. Puer natus eſt nobis. ¶ Scd̃a preuentio eſt qꝛ feſtiuitas craſtina hodie nobis crebro ꝓnunciat᷑. Et facit eccleſia ad ſimilitudinẽ alicuius ciuitatis regem aliquem expectantis. Venit eñ vnus nuncius qui dicit ꝙ rex quidem venit. ſꝫ adhuc multũ longe eſt Et iſtum nunciũ mittit eccleſia in prima dominica d̕ aduentu Aſpiciens a longe ⁊c̃. Sed qm̃ audientes regem lõge eſſe ex hoc poſſet dubitari ꝙ nimis tardaret. ⁊ ex hoc eẽnt in aliquo merore. iõ mittit ſecundũ nunciũ in ſcd̃a dñica dicens. ſ. Iheruſaleꝫ cito veniet ſalus tua quare merore ↄſumeris ⁊c̃. Deinde mittit terciũ nunciuꝫ in tercia dñica qui dicit ꝙ iam apparet ꝑſona regis dicens. Ecce apparebit dñs. Iam apparet milicia regis. cum ſubdit᷑ Et cum eo ſanctoꝝ milia. Iam apparẽt vexilla regis cũ ſubdit᷑ Habens in veſtimento ⁊ in femore ſuo ſcriptũ ⁊c̃. Tunc etiam mittit preconem vt oẽs ↄueniant ⁊ ſint parati. Et hoc in quarta dñica cum dicit Canite tuba in ſyon vocate gentes ⁊c̃. Qñ ãt ↄſtat ꝙ craſtino eſt venturus. tunc non vnum ſed pl'es nũcios mittit. Vnus dicit Hodie ſcietis qꝛ veniet dominꝰ. Alius dicit Cras egrediemini ⁊c̃. Alius dicit Craſtina die delebit᷑ iniquitas terre Aliꝰ Cras faciet dñs inter vos mirabilia ¶ Tercia preuentio eſt qꝛ noſtra ſcĩficatio ⁊ ꝑparatio nobis predicit᷑ Sponſa quidem debet ſe ꝑparare ſcd̃m nobilitateꝫ ſponſi. De cuius nobilitate d̕r Cañ. v. Dilectꝰ meus candidus ⁊ rubicũdus. Candidus ꝙtũ ad carnem puram. rubicũdus ꝙtum ad animã caritate ſuccenſam. electus ex milibꝫ ꝙtum ad diuinitatẽ veram Sponſa igit᷑ vt ſponſo aſſimilet᷑ debet aſſumere veſtes albas puritatis. rubeas caritatis. Prouer. vl. Byſſus ⁊ purpura indumentum eius ⁊ varias multiplicis virtutis. p̃s. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato ⁊c̃. Scd̃o preuenimus hãc feſtiuitatem ĩ capitulo. ⁊ hoc tripliciter. Primo qꝛ ſingulari modo prenũciat᷑ cum d̕r Anno ceſaris auguſti. xlij. Et fit ibi annũciatio in triplici lingua vt dictum ẽ. ſ. in latina. hebraica ⁊ greca. Iſte enim tres lingue laudant xp̃m in mundũ venientẽ Sicut patet hic Laudant ipſum moriẽtem. qꝛ crucis titulus ſcriptus erat grece hebraice ⁊ latine. Laudant ipſum in celo regnantem. ſicut patet in miſſa vbi eius gloriaꝫ laudamus. Latine vt pꝫ in ep̃lis euangelijs ⁊ cantu. Grece ſicut in kyrieleyſon. Et hebraice ſicut ĩ alleluia ⁊ amẽ. ¶ Secunda preuentõ eſt quia iu terrã nos ꝓſtramus vt de ſua viſitatõne ſibi gratias referamus. Exodi. iiij. ca. Audierunt ꝙ viſitaſſet dominus filios iſrahel ⁊ ꝓni adorauerũt. Legit᷑ Ione. iij. capitulo. ꝙ rex indutꝰ eſt ſacco ⁊ ſedit in cinere ⁊ oẽs ſerui idem fecerũt. Rex chriſtus ſedet in cinere quãdo indutus eſt carne Et iõ nos

debemus ſedere in cinere. ⁊ nos ꝓfunde
humiliare ⁊ ſibi gr̄as agere tympanū aſ-
ſumentes ⁊ dicentes Exo. xv. Cantemꝰ
dño ⁊c̄. In tympano ē forma ſperica. pel
lis extenſa ⁊ melodia. Sic in xp̄o fuit di
uinitas eterna. caro crucifixa. ⁊ aīa omni
iubilatōe plena. Iſtū debemus aſſumere
ꝑ meditatōem. ⁊ ſibi cantare per gr̄arum
actōem ¶ Tercia preuencio eſt q2 ſermo in
vigilia preponit̄. Dicit aūt ambro. ſuper
Beati immaculati ꝙ ſermo dei h3 illuīa
re. accendere ⁊ mundare. Nos igit̄ expec
tamus ortū vere lucis. ſolis ⁊ ignis. Cō-
uenienter igit̄ ſermo preponit̄ vt q2 habet
illuīare diſponamur ad illuīationē lucis
refulgentis Iſa. ix. Habitantibꝰ in regione
vmbre mortis lux orta ē eis. q2 h3 cale-
facere diſponamur ad calefactiōem ſolis
incaleſcentis. j. Re. xj. Cras erit nobis ſa
lus cū incaluerit ſol. q2 h3 mūdare diſpo
namur ad purificatōem ignis ꝯſumētis
⁊ purgantis Mal. iij. Ipſe eñ quaſi ig-
nis ꝯflans.

¶ In natiuitate dñi. Sermo. j.

Iacob genuit
ioſeph viꝝ marie Math. j
Augꝰ. dicit in lib. de trini.
Teſtimoīa quedā venturū
prenunciauerūt. quedā veniſſe teſtate ſunt
creature eū ꝑ quem facte ſunt. factū quip
pe creatorē per quē facta eſt oīs creatura
oēm creaturā teſtem habere oportebat.
¶ Ex hijs verbis duo eliciuntur Unum q2
xp̄m venturꝫ multi prenunciauerūt. Se-
cundū q2 ipſum veniſſe oēs creature teſta
te ſunt. Circa primū notandū ꝙ ipſum
multi prenunciauerunt ſicut fuerūt ꝓphe
te qui eū predixerunt. ⁊ pr̄iarche qui ip̄m
in mundū per generationem adduxerūt.
quoꝝ genealogie hodie recitant̄ Et ideo
illa genealogia nobis debet eſſe valde ſpe
cioſa ad innuendū. q2 ex ea ꝓceſſit ille de
quo dr̄ Specioſus forma ⁊c̄. Dulcis ad
audiendū. q2 ex ea ꝓceſſit ille qui ſcd̄m ber-
nar. eſt in ore mel. in aure melos. in corde
iubilus. Debet eſſe delectabilis ad odorā
dum. q2 ex ea ꝓceſſit ille de quo dr̄ Eccl.
xxiiij. Sicut cynamomū ⁊ balſamum aro
matizans ⁊c̄. Debet eſſe ſapida ad pregu
ſtandū q2 ex ea ꝓceſſit ille de quo dr̄ ibidē
Qui edunt me adhuc eſurient ⁊c̄ Debet
eſſe ſuauis ad amplexandū. q2 ex ea pro
ceſſit ille de quo dr̄ in ps. Qm̄ tu dn̄e ſu
auis ⁊ mitis ⁊c̄ ¶ Circa ſecundū notandū
ꝙ omnes creature xp̄i natiuitatē teſtate
ſunt. Primo creatura celeſtis que oñdit
eius eternitatem. Unde dicit criſ. ꝙ tunc
circa ſolem circulus aureus apparuit In
circulo aūt eternitas deſignat̄. Manife-
ſtauit ſuam prātem. ſicut p3 in ſtella que
magis apparuit que puero obſequiū pre
ſtitit. ⁊ quam puer de nouo creauit. Ma-
nifeſtauit eius cū patre ⁊ ſpūſancto equa
litatē. q2 tunc tres ſoles in oriente appa-
ruerunt qui in vnū corpus ſolare poſtmo
dū ſunt redacti. Manifeſtauit ſuā cū pa
tre puritatē. ſicut p3 in ſtella que ī forma
puelle pueꝝ tenentis in vlnis apparuit.
Stelle eñ natura puriſſime ſunt ¶ Scd̄o
teſtificata eſt creatura terreſtris. ſicut p3
in quatuor elementis. Terra eñ induit
nouā fecunditatē. q2 de vineis engaddi
balſamū miraculoſe ꝓrupit. Aer induit
nouā claritatem Lu. ij. Claritas dei circū
fulſit illos. Et aqua induit nouā ſaporis
dulcedinē. q2 tunc fons aque rome in ole
um eſt ꝯuerſus. Ignis induit nouā virtu
tem. q2 cū ignis ſit illuīare ⁊ ꝯburere. ha-
buit virtutē illuīatiuam ⁊ nō ꝯſumptiuā
Hoc ſignificatū eſt Exo. iij. in rubo qui
ardebat ſed nō ꝯburebat̄. Quia virgo be
ata fuit igne ſpūſſancti inflāmata. ⁊ nul-
lo igne ꝯcupiſcentie aduſta. ſed illumina
ta ⁊c̄. ¶ Tercio eius natiuitatem teſtifica
ta eſt creatura vegetatiua. quia tunc vine
a engaddi induit nouum florem. Canti.
ij. Uinea noſtra floruit nouum fructum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf